

Me

Ann. II.

Num. XVIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES

LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 113 w 95th St.

IN CANADA
ET NEWFOUNDLAND

Apud NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LIBRAIRIE VIC ET AMAT

CHARLES AMAT SUCC.

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

Rue Casseite, 11.

IN HUNGARIA

INSULIS (LILLE)

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

IN HUNGARIA

Apud BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

DREYFUSIANA	Verax.
De COETIBUS SEU SYNAXIBUS CHRISTIFIDELIUM IN COEMETERIIS (ex ineditis)	M. Armellini.
De LIBRO LEONIS TOLSTOI « QUID EST ARS? »	H. Salvadori.
METAE FUTURAES SOBOLI PROPOSITAE	I. Antonelli.
Nova AËRIA NAVIGATIONIS TENTATA RATIO	H. D. V. Pieralice.
PII VI PONTIFICIS MAXIMI COMMEMORATIO	G. P.
HERACLIAE URBIS PORTUS	A. Costaggini
HORAE SUBSICIVAE. — In Antonium Canova sculptorem celeberrimum .	D. Pianar-Moroni.
Spes vitae comes	A. Basili.
QUATENUS ANIMALIUM VITA	Alpha.
REMEDIA AD PESTEM PRAECAVENDAM	R. Spina.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES	C.
FRUSTULA	Forfex.
ANNALES	Poplicola.
LIBRORUM RECENSIO	Fr.
AENIGMATA	I. I. Sullivan.

In tercia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Photographicae res - Ioci	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

COMMENTARI "VOX URBIS, INDICES SINGULI

XI num. ann. II.

Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum - EUCALYPTUS.
De Anno Sancto qui dicitur iubilaei - H. DE VECCHI-PIERALICE.
De prima puerorum institutione apud Romanos - I. IACHINO.
Angelus et infans - F. X. REUSS.
De spectaculorum pernicie - I. ANTONELLI.
A trahea ad currus "auto-mobiles" - SENIOR.
Eucharistici triumphi - P. PASQUALI.
Ex Batavia - M. L. MICROVIR.
De Collegio Pio Latino Americano Romae in instituto - ALPHA.
Lazarus Spallanzani - A. COSTAGGINI.
Nova ad septemtrionem profectio - X.
In herbam nicotianam - D. MACRAE.
Liberalium artium opera Venetiis nunc collecta atque publice exhibita - A. L.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio.
Aenigmata - I. SULLIVAN.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Utilitas chronologiae* - Ioci - P. d. V.

XII num. ann. II.

Auspicia de Europae bellis vel pace - ROMANUS.
De recenti morbo et restituta valetudine SS. D. N. Leonis PP. XIII - Dr. Ios. LAPONI.
De optimis scriptorum graecorum et latinorum editionibus - F. RAMORINO.
Catholicum athenaeum Insulense - D. TAMILIA.
De curribus electrica virtute actis - L. M.
Parens iustitia pacis - A. BASILI.
Ex Batavia - MICR.
Male feriantes Belgae operarii - A. VIEILLOT.
De aedibus Ss. martyrum Ioannis et Pauli in clivo Scauri - SENIOR.
Aemilius Castelar - A. COSTAGGINI.
Vita functi viri clariores - C.
Frustula - FORFEX.
Americanii Concili ritus - X.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Quaesitus responsio - H. D. V. PIERALICE.
Librorum recensio - H. P.
Aenigmata - C. MANCINI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Athenaei praeses natu minimus* - Ephemeridum scriptorum fata - I. A. — Domuspolis - Quid necessitatem spectantibus curationem leonum - P. d. V.

XIII num. ann. II.

In Ioannem Baptisam Grossum praepositum curiae Ioanniana Braidenium apud Subalpinos annum xxv sacri munieris agentem - I. B. GANDINUS.
Ex Sinensis imperatoris recenti decreto quae-dam cogitate inferuntur - EUCALYPTUS.
De dramatibus emendandis - I. ANTONELLI.

Veteres athenaeorum mores - A. COSTAGGINI.
In festum sancti Petri apostoli - F. X. REUSS.
Ferreum iter Transiberianum - A. LUZZANI.
De memorialis apostolorum Petri et Pauli in urbe Roma - H. MARUCCHI.

De sericis textilibus arte confectis - LAELIUS.
Petrus Parenzo - A. FUMI.
De consistorio - H. D. V. PIERALICE.

Numen ubi? - A. BASILI.

Carolus Nocella patriarchatus Antiocheni titulo decoratus - F. PELLEGRINI.
Annales - POPLICOLA.

Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. F.

Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Singularis tessera-Deambulatio per aquas-Ferrumne ex paleis?* - Londinenses in Brabantia - Medici Lutetii Parisiorum - Ioci - P. d. V.

XIV num. ann. II.

Ibidus Iuliis MCXCIX - ROMANUS.
Hierosolyma urbs capta (Ex opere G. Tyrii cui titulus: *Belli Sacri Historia*).
De populari ingenuarum artium ratione - I. ANTONELLI.
Constantinus Christomanus eiusque opus, cui titulus *Tagebuchblätter*, I. Folge - C. DE P...
Ad Laurentium Perosum musicum clarissimum A. ARTIOLI.
De Nova Zelandia - H. A. STRONG.
Arcendae ebrietatis ritus apud maiores - LAELIUS.
De memorialis apostolorum Petri et Pauli in urbe Roma - H. MARUCCHI.
Maximum inter animalia Brontosaurus - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum.
Vita functi viri clariores - C.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.

Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.

Ludi veteres et recentiores - ALPHA.

Aenigmata - M. FUSCUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Beneficia etiam ferae sentiunt* - SALPA QUI. — Ioci - P. d. V.

XV num. ann. II.

De hagano conventu circa pacem - EUCALYPTUS.
Mores juvenum Germanorum studiis vacantium - A. COSTAGGINI.
De telegrapho apud veteres Graecos - D. TAMILIA.
In Vincula S. Petri Apostoli - F. X. REUSS.
Europaeorum in Africa coloniae - LAELIUS.
De Portiunculae templo apud Assisum - H. D. V. PIERALICE.
Didacus de Silva y Velasquez - I. ANTONELLI.
Ex Italia. Novocomensis de electride et sericis publica recognitio igne absumpta - A. L.
Stela in Romano Foro effossa - ROMANUS.
Annales - POPLICOLA.

Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Aenigmata - A. MORCHIO.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Cur Tertius dictus est Napoleon* - Equi nullius - Iustitia claudicans? - Ioci - P. d. V.

XVI num. ann. II.

Indictio litterarum certamini additi dies - Vox Urbis.
Ad Leonem XIII Pontificem Maximum - D. CARD. IACOBINI.
De Belgicis perturbationibus - ROMANUS.
De ludis discendi apud Romanos - I. IACHINO.
Iosephi Parini notitia centesimo vertente anno ab eius obitu - D. TAMILIA.
Ex Helvetia. De Sancti Mauritii Agaunensis monasterio - A. SORDET.
Titiani Vecellii tabula Deiparam in Caelum Assumptam referens - X.
Volatatus homo? - H. D. V. PIERALICE.
Nova urbs in Glaciali Oceano condita - A. COSTAGGINI.
Vita functi viri clariores - C.
Operariorum conditio apud Danos - A. VIEILLOT.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. F. - H. P.
Aenigmata - C. A. MELANDER.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Quid in russis vaporitrabis pro Deo* - Quae amittantur facilius - Lepidum reper-tum - Ioci - P. d. V.

XVII num. ann. II.

Transvaaliana - ROMANUS.
De inscriptione recens in Foro Romano reperta - Epistola ad *Vocis* scriptorem qui se « Romanum » appellat - F. RAMORINO.
Ad hirundinem familiarem - F. X. REUSS.
De terraemotu Urbis die xix mensis Iulii MDCCCLC - SENIOR.
De nova lingua quam « caeruleam » placuit appellari - MONTELUCCIUS.
Alexander Volta - A. COSTAGGINI.
Novocomum urbs - X.
Guardiagrelis monumentum - H. D. V. PIERALICE.
Florum microbi - R. SPINA.
De telegrapho fili expertise nova adinventa - L. M.
Frustula - FORFEX.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. A. - H. P.
Aenigma quadruplex - GRYPHUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Parvae ignivomae ballistae apud Germanos* - In locutas conlamatum est - Phonurgica - Ioci. - P. d. V.
Epistolarum commercium - A SECRETIS.

P
In Italia
Lib. I5, M.

DRI

E x Gallia vobis
nibus praecipi-
Dreyfusiana » dic-
sed orbis terrarum
tam videntur anci-
bus et accusationib-
de futuris Galliae e-
personis quaestio f-

Argumentum ig-
quod nondum in *V*
vidi, quamquam id
missum existimo:
magis in firma re
gerens, quae acta
nostrri rei notitiam

Itaque constat
documenta tradita
a viro militari, mu-
« Magisterium » Lu-

Officium, cui s-
quatuor officinas di-
tationesque strictis-
modum observatur.
dita documenta, ut
in pluribus continu-
causa praesides qu-
omnesque in hoc co-
unum haec tradere
magis quam in una
terum solus Dreyfus
stimatus est de tor-
« e numero 120 br-
potissimum tempor-
tum fuit ab operaris

E quinque tradi-
chirographia, unum
libellum *Manuale d*
bantur in chartula,
bula » quam epistolae
bordereau nuncupata-

Haec chartula D
Dreyfusii sine dubio
expertum Cochebo
magistrum, adiungi-
tum improviso iussi-
tas scribere; quo
habemus », inquit C
in carcerem abduxerit

Notum pariter e-
cem (bordereau) p-
nomen Henry, in m-
Münster, Germanici-
mula fragmenta cha-
vulo papyri cornu c-
ad Gallicum belli M

Quae quum fat-
sent, reipublicae p-

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DREYFUSIANA

Ex Gallia vobis suadentibus ut scribam, Redonibus praecipue cum sim, quid nisi de « re Dreyfusiana » dicam? Huc enim non Galliae modo, sed orbis terrarum universi mentes intentae, non tam videntur anticipes, quae de instructis crimini bus et accusationibus ratio demum sit habenda, quam de futuris Galliae eventibus, qui, cum latior et re et personis quaestio facta sit, consequi possunt.

Argumentum igitur aggrediar, eoque libentius, quod nondum in *Vox Urbis* commentario disputatum vidi, quamquam id prudentia quidem laudabili admissum existimo: eo enim firmius iudicium, quo magis in firma re latum. Porro vobis ipse morem gerens, quae acta huc usque sunt, ut certam socii nostri rei notitiam capiant, paucis tantum exponam.

Itaque constat circa finem anni 1894 quinque documenta tradita fuisse potestati cuidam externae a viro militari, munus apud « belli », quod dicitur, « Magisterium » Lutetiis Parisiorum gerente.

Officium, cui summa rei militaris tribuitur, in quatuor officinas dividitur, quas inter colloquia scrutationesque strictissime prohibentur; quae lex admodum observatur. Talis tamen naturae erant prodita documenta, ut certum apparuerit proditorem in pluribus continuo officinis permansisse; qua de causa praesides quatuor officinarum convenerunt, omnesque in hoc consenserunt, Alafridum Dreyfusium unum haec tradere potuisse, quem unus fuerit qui magis quam in una officina militiam exercuerit. Ceterum solus Dreyfusius aliquid cognitum habuisse existimatus est de tormento illo bellico quod vocatur « e numero 120 brevior », cum Biturico vixerit, eo potissimum tempore quo idem tormentum fabricatum fuit ab operariis, quibuscum illic est commoratus.

E quinque traditis documentis, quatuor quidem chirographa, unum autem typis commissum fuerat, libellum *Manuale de balistica*: haec omnia nuntiabantur in chartula, quae potius « index » vel « tabula » quam epistola vocari potest, et in quaestione *bordereau* nuncupata est.

Haec chartula Du Paty de Clam centurioni manu Dreyfusii sine dubio scripta visa est; qui sibi virum expertum Cochefort, occultarum investigationum magistrum, adiungi curavit, Dreyfusiumque arcessitum improviso iussit voces alias e *bordereau* selectas scribere; quo peracto experimento: « Reum habemus », inquit Cochefort, statimque Dreyfusium in carcere abduxit.

Notum pariter est eumdem documentorum indicem (*bordereau*) praesidis secundae officinae, cui nomen Henry, in manus a famula quadam filiae de Münster, Germanici legati, traditum fuisse, quae famula fragmenta chartarum disiectarum in cista parvula papyri cornu colligere solebat, ferebatque ipsa ad Gallicum belli Magisterium.

Quae quum fateri rectores reipublicae non posse, reipublicae praeses Casimirus Périer, legato

Germanico promisit neminem in iudicio Dreyfusiano Germanicum nomen inducturum; atque ita « belli Concilium », id est militare tribunal, decrevit, ut Dreyfusiana quaestio conclusis foribus audiretur.

Dreyfusii patronus tunc ei mediocriter adfuisse fertur, atque vix omnia ad rem documenta perlustranda curasse; ita ut postea iureiurando affirmare potuerit: contra Dreyfus documentum unum productum, unumque argumentum, scilicet chartulam illam *bordereau* de qua plures superius locuti sumus; quod reapse non erat, ut videbimus.

Dreyfusius condemnatus fuit; die autem quo sententia lata est, solemniter pro fronte exercitus eius *dedecoratio* locum habuit, et quamvis tum Dreyfusius palam innocentem sese clamaverit, clam confessum esse dicunt Lebrun-Renault centurioni, custodiae sentis praeposito, « documenta se tradidisse Germaniae, sed tantum duplicita nec magni ponderis, idque ea mente fecisse, ut documenta pretiosiora a Germanis arriperet ».

Cognitum est etiam, dies aliquot ante iudicium, noxi fratres Sandherr decurionem adivisse, qui officinae militarium investigationum praeerat, eique 150 000 nummorum proposuisse, ut ipsos in fratribus innocentia probanda adiuvaret (1).

At mortuo Sandherr, decurio Picquart officinam eius obtinuit, et longe aliter administravit. Quum inquisitio instituta fuisset de rebus a proditore vere traditis (quod Du Paty de Clam ab ipso reo excutere frustra tentaverat), Picquart de supposita rei innocentia simul inquire coepit; principes vero prohibuerunt ne Dreyfusianam quaestionem ab ovo integraret. Vanis obcaecatus illecebris famae, Picquart cum advocate, cui nomen Leblois, laboravit, ut alterum reum Dreyfusio substitueret; quapropter remotus ab officio, exercituque fuit expulsus.

Id initium fuit *Dreyfusiane rei* iterandae. Frater enim Dreyfusii, cui nomen Matthaeus, accusavit quemdam Esterhazy, tribunum pedum 74^a cohortis, Rothomagi, cuius familie origo austriaca est, eumque proditione arguit.

Haud dubium quin litterae manu huius Esterhazy conscriptae, persimiles indici (*bordereau*) videantur. Modo, ut asseruit peritus Bertillon, scriba potuit manum exercuisse annum unum ad Dreyfusianam litteram imitandam; ceterum, negavit vehementer Esterhazy suam id operam esse. Venit tamen in iudicium: sed a belli Concilio Parisiorum absolutus fuit.

Tum dixit Esterhazy Dreyfusianam quamdam solidatatem (gallice *Syndical*) 600 000 nummorum ipsi obtulisse, ut fateretur *bordereau* a se scriptum fuisse, affirmavitque iterum Dreyfusum sontem valde esse.

Quae quum ita fuerint, scriptor notissimus Aemilius Zola principes exercitus gravissimis accusa-

(1) De hoc respondit testis Penot apud belli Concilium Redonense die 23^a mensis Augusti 1899; quod comprobatur nota quam reliquit ante mortem ipse Sandherr, propria manu conscriptam.

vit criminibus! Scripsit eos falsa documenta fabricasse, secretasque chartas iudicibus Dreyfusii submissee.

Hoc genuit item aliam, quae iam non militaribus iudicibus, sed ad eos qui populi nomine iustitiam exercent, et *iuratos* pleraque nationes appellant, pertinebat. Quid multa? Auctor epistolae: « Accuso » a paribus calumniae criminis condemnatus, ex Gallia aufugit, novaque edidit. Contendebat in primis Mercier ducem quinque falsa documenta iudicibus communicavisse, iisque perfectis, hos, quum unanimi voto in absolutionem Dreyfusii consenserint, mentes omnino mutasse; Maurel contra dux, qui anno 1894 Concilio belli de re Dreyfusiana praefuit, longe alter fuisse affirmavit, omnesque iudices, post testimonia audita, ratos fuisse reum condemnari debere (1).

Res tamen producebatur; magna ubique disputatio! Interim compertum fuit centurionem Henry falsum documentum anno 1896 fabricavisse, ad probandum Dreyfusii crimen. Uno atque eodem die Henry fuit proprii criminis confessor et ultor: manus namque sceleratas in sese intulit! Hoc scelus impium Dreyfusianis argumento fuit, ut novum reclamarent iudicium, per tramitem qui « recursus in revisionem » vocatur.

Iustitiae tunc supremus administer, cui nomen Brisson, vir integer vitae pertinaxque, rem voluit instaurari; et quamquam contrarium fuit consilium eorum quos lex, ut de hoc recursu ineundo opinarentur, statuit, recursum admisit, et *Dreyfusianam quaestionem* ad Summam iudiciorum Curiam detulit. Quae sententiam contra Dreyfusum anno 1894 latam, ad nihilum reducens, *fregit*; *ius* vero solum dixit; rem enim ipsam non iudicavit, sed ad alterum belli Concilium, quod nunc in Redonensium civitate habetur, remisit audiendam.

Hic testes multi audit fuerunt, et chartula *bordereau* non unicum suspicionis fundamentum demonstratur, ut rei amici serebant; quin immo peritus quidam nomine Bertillon perseverat in asseverando chartulam illam Dreyfusii manu scriptam fuisse, idque sagaciter demonstrare tentavit.

Compertum est etiam Dreyfusum ab initio denuntiatum fuisse a diplomatico viro Galliae amico, in cuius praesentia Schwartzkoppen, Germanus dux, Dreyfusum (ut is ait) nominaverat expressis verbis.

Notandum denique nullum ablatum fuisse rei militaris documentum, a condemnatione Dreyfusii. Desuit quidem unum, quod ante annum 1896 deesse fuit detectum; sed iam ab anno 1893 ademptum fuisse constat.

Res hoc in limine est; quid autem futurum erit ipsi videbitis (2).

Dabam Redonibus kal. Sept. 1899.

VERAX.

(1) Ita hic testis die vigesima quarta m. Augusti 1899, ad Concilium belli Redonense.

(2) Cfr. *Annales. - V. U.*

DE COETIBUS SEU SYNAXIBUS
CHRISTIFIDELIUM IN COEMETERIIS

I.

QUAESTIO iam a saeculis XVI et XVII inter eruditos viros agitata fuit, num fideles suas synaxes, seu conventus et consessus in coemeteriis haberent. Io. Ciampinius (1), celeberrimo illi Bosio contradicens, omnino docuit Christianos suas synaxes non habuisse, vel etiam non habere potuisse in cryptis, sed eas in basilicis et aedificiis superioribus celebrasse.

Ansaldius, ut Basnagio, haeretico viro, sese opneret, qui ex coetibus christianis pro sua thesi de paucu numero fidelium primis Ecclesiae saeculi arguebat, sententiam ciampinianam tenuit, quin etiam ampliavit, affirmans coetus illos minime intra limites cellarum et scholarum sub dio definitos, sed ad omnem aream amplam et spatiostam campi, sub quo subterraneum coemeterium sese evolveret (2).

Sed contra suum in religione sodalem scripsit Faggiorius ex ordine Praedicatorum, qui falsum sibi nomen effingens Dionysii Sandelii, eruditam ac rassimam dissertationem edidit *De priscorum Christianorum synaxibus extra aedes sacras* (3).

Nostris autem diebus, ac praecipue post inventa Iosephi Marchii, clarissimae memoriae viri, in cryptis coemeterii Ostriani, indubium plane est Christianos etiam in cryptis sese aliquando congregasse.

Verum hodiernae etiam effossiones detectionesque arearum coemeterialium sub dio, aedificiorum et scholarum, argumentis et sententiae Ciampinii ac Ansaldi momentum addunt, ac ostendunt illos non omnino errasse; sed tantum nimis exclusive se habuisse; nam et sub dio et sub terra illi coetus seu synaxes acta sunt.

II.

In coemeteriis, quaevis denique eorum forma fuerit, sive subterranea sive subdialis, hoc pro certo tenendum, Christianos convenisse ad sacras synaxes ac mysteria celebranda. Id aperte testantur vetustissima et certissima documenta historiae ecclesiasticae; id edicta etiam persecutorum. Legimus equidem in editiis Valeriani et Gallieni augotorum (quae verba referuntur in actis sancti Cypriani): « Sacratissimi imperatores praeceperunt, ne in antiquis locis conciliabula fiant, neve coemeteria ingrediantur; si quis hoc saluberrimum praeceptum violaverit, capite plectatur».

Acta pariter sancti Ignatii martyris Antiocheni - cuius Romae damnati ad leones sub Traiano reliquiae translatae sunt Antiochiam et depositae in coemeterio extra portam civitatis quae forte *Daphnatica* dicebatur - fatentur: « Fratres autem qui Romae erant, suscepto corpore eius, posuerunt illud in loco, ubi ipsis licebat congregatis laudare Deum » (4).

Quod si comparentur verba illa quae leguntur etiam in versione coptica actorum sancti Ignatii (5), reliquias scilicet illius martyris fuisse depositas « in loco in quo solebant fideles sese colligere ad Deum cum Christo eius laudandum », id est in coemeterio, cum verbis quae videre est in celeberrima epistola quam Plinius, Bithyniae praeses, Traiano scripsit de coetibus Christianorum: « Christianos solitos statim ante lucem convenire carmenque Christo quasi

Deo dicere secum invicem », facile appareat illis diebus Christifideles congregari solitos, Antiochiae saltem, in coemeteriis.

Locus tamen ordinarius congregationum ad sacra simul celebranda non coemeteria, sed domus fidelium erant, ut ex Actis, ex epistolis sancti Pauli et ex vetustissimis documentis primi Ecclesiae saeculi constat; quae domesticae ecclesiae Romae *tituli* in posterum sunt appellatae. Synaxes contra in coemeteriis ferme fiebant funebres ad debita pietatis officia fidelibus defunctis et ad iusta martyrum funebria persolvenda; sed tamen aliae etiam praeter consuetudinem habebantur. Persecutio enim quum saeviret, « quilibet locus (ut Dionysius Alexandrinus Valeriani aevo ait), campus, solitudo, navis, stabulum, carcer, adhibita sunt sicut ecclesia pro sacris synaxibus Christianorum » (1). Et iam antea Iustinus Iunio Rustico, praefecto Urbi, respondens, fideles se diversis locis congregasse, ubi quisquis vellet et posset, idest turmatim distributos, affirmabat.

Loca enim ordinaria et dies et horae conventuum Christianorum ministris persecutionis nota erant, qui facile fideles deprehendebant ita congregatos: « Scitis et dies conventuum nostrorum; itaque obsidemur et opprimimur, et in ipsis arcanis congregationibus detinemur »: ita Tertullianus, Septimio Severo impreante (2).

Quae ad pericula removenda, et ad tutiores synaxes habendas, Ecclesia ea aetate aliquando ad illud extremum devenit, ut pecuniam ipsis satellitibus et praefectureis ministris solveret, magno cum dolore et fremitu Africani doctoris, qui iam montanistis doctrinis imbutus fuerat: unde in libro qui *De fuga in persecutione* (3) inscribitur: « Nescio dolendum an erubescendum sit », inquit, « cum in matribus beneficiariorum et curiosorum inter tabernarios et lanios et fures balnearum et aleones et lenones Christiani quoque vectigales continentur! » Opponentibus autem: « Sed quomodo colligemus, quomodo solemnia celebrabimus? » respondebat: « Fide, non pecunia tuti; sapientia, non praemio cauti ».

Ignorabat enim doctor ille Deum ita velle, ut nos humanis mediis uti debeamus licitis; quibus deficientibus, ipsum divinis mediis nobis succurrere.

(Ad proximum numerum).

Ex ineditis MARIANI ARCELLINI.

DE LIBRO LEONIS TOLSTOI

QUID EST ARS?

Quod non semel optimo iure conquesti sumus, hodiernam litterarum bonarumque artium condicionem quotidie magis in corruptelam ruere, inopinato ferme sed opportune quam maxime, summi aetatis nostrae scriptoris auctoritate nos vidimus confirmatum. Quamvis enim Leonis Tolstoi librum, cui titulus *Quid est ars?*, mendis atque erroribus non omnino expertem habeamus, summo tamen hoc proposito exaratum laetamur, ut bonarum artium operam ad mores emendandos esse necessario vertendam solemni veluti protestatione in memoriam revocaret.

Considerans namque primum censoria severitate quot homines more servorum seu pecudum vel in theatris vel in officiis mancipentur, et in morum corruptionem decidunt, quaerit opportune scriptor quot sint adhuc habendi ex litteratorum legionibus, qui suae tam exitialis artis eiusque munerum dignam satis notionem habeant,

(1) Veter. mon. f. 147 et seq. (2) Cf. *Multitudo maxima eorum qui prioribus Ecclesiae saeculis christianam religionem amplexi sunt*. V. p. 153. (3) Venetiis, 1770. (4) *Patres apostolici*, ed. Dressel, p. 374. (5) Cod. Vat. Copt. coll. 66.

quae profecto ex tot scholarum discordiis nulla erui posse videtur.

Itaque, ut eius definitionem quamdam, prout illam plerique hodie accipiunt, proponat, his verbis facit: « Ars est motuum animi externa repraesentatio, quae adaequata voluptam excitare valeat ». Quibus ita positis, hodiernam ingenuarum artium causam utpote unam voluptam quaerentium prono labore judicat atque damnat. Sed susceptum hoc ipso novae sufficiendas notionis debitum statim solvens, artium naturam definit « modum quemdam actionis quo intimos animi sensus, externis quibusdam signis, ceteris communicare ita valeamus, ut concessa nobis facultate non ad voluptatem tantum excitandam, sed ad hominum coniunctionem et felicitatem promovendam utamur ».

Quare religionis munieribus artium liberalium officia merito comparantur, quippe quae ad unum eundemque finem, secundo l'et, contendant, ut mores hominum emendent ac perficiant, eorumque et mutuam et cum Deo communem adiuvent et arctorem reddant.

Quod quidem artiumque connubium non tantum prisci Indiarum populis, sed et Graecis et majoribus nostris innotuit, qui earum semper formam suae quique fidei consonam esse voluerunt. Neque aliter de Hebreis dicendum est, usquedum, praesentis huius vitae documentis a Christi religione primum integre traditis, perfecta cuiusvis artis prolata specimina hominibus tandem fuerunt. Horum vero mirum progressum *Renascientia*, quam dicunt, male interturbavit et morata est, arte tempore nostram inopem reddidit, ita ut tres ad summum animi sensus eius ope plerumque exprimantur: superbia, concupiscentia, taedium vitae. Forma vero selectior atque obscurior ita facta est, ut plerisque inintelligibilis omnino evaserit, ac per impervias omnibus semitas vix nonnullos adhuc affectus in legentium seu spectantium animis excitare queat.

Absonam hanc et falsam artium conditionem tria denique perpetuam reddiderunt: immodicum ex ea captum lucrum, criticorum venales plausus, documenta magistrorum non recta, quibus singuli qui artibus dant operam a iuventute adeo vitiantur, ut ipsum sanae mentis iudicium amittentes, vel incorrupta interdum eius opera aestimare ultra non valeant. Quae postremo facultas, si superesse adhuc credendum est, in quadam animi vi reponitur, contagium artis ab auctore appellata, quia inducere quasi ex opere contagio, sensus ab artifice expressos facile et vehementer nos quoque experiamur et quasi nostros reputemus. Id vero cum contigit, effici potissimum auctor credit rerum subiectarum singularitate summaque effigendi vi, cui apprime respondeat ingenuus quidam artificis candor, qui ipse primus iisdem sensibus, quos excitare in aliis contendit, vehementer commoveatur. (« Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi »).

Atqui haec omnia una eaque christiana arte tunc efficiuntur, cum tandem aliquando praeceps omnibus, quibus ad patricium et corruptum hodiernum genus adstringimur, spretis, humani verique sensus, omnibus comperti, christianis documentis semper consoni, artis operibus exprimentur.

Quo uno ferme remedio, tot malis occurgere licebit ex corrupta artium omnium condicione ingravescitibus: qua quidem primum ad bona quaevis assequenda inepti, in molitiem, inhumanitatem, superbiam, in morum corruptionem acclines magis in dies redditum; deinde vero, tot hominum artibus inservientium frustra labore consumpto, offensionem in populo, et in pueris passim excitari querimur. Pulcritudinem enim ab honestate seicutam, tot fulgidis coloribus exornatam, honestati anteponendam ita suadent, ut crimina omnia et turpitudines ex commenticiis fabulis atque e scena quotidie videamus in hominum vitam migrare. Neque tamen emendationis spem auctor amisit; immo renovatae christianae artis triumphum proxime futurum confidit, cuius quidem potissimum censem nostris diebus officium hanc ex nuda ratione, traditis a pulcritudine modis, in omnium coribus sententiam scalpere: « Humani generis beatitudinem in omnium coniunctione esse repositam, ut, omni corruptionis labo tandem deleta, regnum Dei, supremus societas humanae finis, aliquando ponatur ».

Habes itaque pevissimi, qui tantam rem excitavit, non sed inita potius temporiter veteres Europae manitatem nostram eorumque pulchritudinem. Quamquam tantam sententias omnes, non mus; plura namque adnotavimus, quae ratione deducta sci- suimus.

Non enim cath- sed et christianam Ecclesiae dogmata, denegans, unaque re praecipue in sermo arbitratur. Quibus alicuius erit negativa aequam evasisse: h. quae pulcritudinem nit, et immerito nulla logica relationem.

Nam et pulcritudinem intellectu concepimus, tiasiae pulcrorum vi- investigantes fallimur decipi nil mirum est. ingenui artibus ab junctionem inter moralis totius ordinibus praecipue. Con- ritate et pulcritudinem artium liberalium, nia expressa mirabilis omnibus illecebris nime concedimus, damnanda est, quoniam quodvis asse- exaggeratum fermum cum Alighieri, E. nuntur, veluti hoc ut noxam malum normi prorsus acceptum, vel Homo Dostoieswki, auctor.

Quae enim in ecclisis nostrum quanta ipsi videntur omnino sunt destituta, miscentur et temeritatem, una causa est non sat's dignos.

Sed positiva existimanda, et per- cter ponitur: « Artis liberalium naturae plane resolvens, omnibus artibus

Res brevi ser- nuarum artium glineis, sonis, lit- ceteros transfun- habenda sunt ad in artis operibus gnis vel ex carni reponimus, formam obliuiscimur.

Atqui cogita- erunt, cum inter- quaedam ex ope- si earum veritas tamen neget q. prospiciendum, huiusmodi operis illis quae uniu-

cordis nulla erui
ndam, prout illam
s verbis facit: « Ars
atio, quae adaequa-
tibus ita positis, ho-
utpote unam volu-
licat atque damnat.
endae notionis de-
n definit « modum
mi sensus, externis
e ita valeamus, ut
ptatem tantum ex-
nem et felicitatem

n liberalium officia
unum eundemque
mores hominum
et mutuam et cum
prem reddant.
ne connubium non
et Graecis et ma-
mper formam sua
ot. Neque aliter de
esentis huius vitae
m integre traditis,
na hominibus tan-
gressum Renascen-
et morata est, ar-
imantur: superbia,
ero selector atque
telligibilis omnino
itas vix nonnullos
ntium animis ex-

condicionem tria
cum ex ea captum
lumenta magistro-
is dant operam a
mentis iudicium
opera aestimare
tas, si superesse
ni vi reponitur,
ia inducto quasi
pressos facile et
quasi nostros re-
issimum auctor
ummaque effin-
quidam artificis
quos excitate
tur. (« Si vis me

a arte tunc effi-
omnibus, quibus
adstringimur,
mperti, christia-
us exprimentur.
ccurrere licebit
gravescentibus:
sequenda inepti,
n morum cor-
; deinde vero,
ra labore con-
pueris passim
onestate seiun-
nestati antepo-
et turpidines
idie videamus
emendationis
ristianae artis
s quidem po-
ex nuda ra-
omnium cor-
is beatitudem
omni corru-
premus socie-

Habes itaque perbrevem veluti summam libri gra-
vissimi, qui tantam inter litteratos viros perturbatio-
nem excitavit, non nuda, ut puto, scriptoris auctoritate,
sed inita potius temporum emendatione; non enim al-
ter veteres Europae populi quieto animo tulissent hu-
manitatem nostram universam, tot saeculorum artifices,
eorumque pulcherrima opera, nulla provocazione damnari.
Quamquam tantam iudicis rigiditatem insolitasque eius
sentientes omnes, nec nos quidem inconsulto sequuti su-
mus; plura namque vel minus iusta vel non recta omnino
adnotavimus, quae plerumque ex peculiari eius religionis
ratione deducta scivimus, sed minime excusanda cen-
suimus.

Non enim catholicam tantum fidem auctor respuit,
sed et christianam insolitam sibi effinxit, sacramenta,
Ecclesiae dogmata, ipsam Christi divinitatem audacter
denegans, unaque retineris Evangeliorum documenta, quae
praecipue in sermone supra montem (Matth. V) collecta
arbitratur. Quibus nimis lati opinionibus persensis, fa-
cile eruuntur negativam praecipue eius libri partem minus
aequam evasisse: haud recte enim sententia oppugnatur,
qua pulcritudinem liberalium artium subiectum proponit,
et immerito omnino pulcrum, bonum verumque nulla
logica relatione adstringi asseritur.

Nam et pulcritudo ipsa obiectiva est, et quod verum
intellectu concipiatur, idem et voluntati bonum et phan-
tasiae pulcrum videri oportet; quodsi non raro verum
investigantes fallimur, mentita pulcritudinis specie nos
decipi nil mirum est. Et profecto, vel supremus ille finis
ingenuis artibus ab auctore constitutus, ut hominum con-
junctionem inter sese et cum Deo promoveant, nonne
moralis totius ordinis pulcherrimam imaginem cogitan-
tibus praebet? Contra vero quod culpa admittitur, et ve-
ritate et pulcritudine caret. Nec antiquiora nec recentiora
artium liberalium opera, quibus vel turpis foedaque omnia
expressa mirabiliter sunt, contra faciunt, quae, etsi
omnibus illecebris donata sint, pulca tamen esse mi-
nime concedimus. At non proinde ars omnis nostra
damnanda est, quasi, pulcritudine sibi proposita, ad bo-
num quodvis assequendum impos redditum fuit; quod
exaggeratum ferme auctoris iudicium illico esse patet
cum Aligherius, Bonarrotus, Beethoven indistincte dam-
nantur, veluti hoc uno in suis operibus consilio ducti,
ut noxam malumque aequalibus procurarent; ex qua ab-
normi prorsus accusatione vix veteris Testamenti pro-
phetae, vel Homerus, vel Victor Hugo, aut Dickens, aut
Dostoevski, auctoris iudicio, immunes censemur.

Quae enim mala de hodierna arte ab eo plorantur,
ecquis nostrum adesse negaverit? At nec tanta sunt
quanta ipsi videntur, neque quavis bonitate, ut ipse ait,
omnino sunt destituta; sed et nonnullis saepe bonis com-
miserunt et temperantur, quae religio plerumque iis
commodavit, dum malorum contra, quotquot reperiuntur,
una causa est, eorum auctores christiana doctrinae
non sat's dignos asseclas fuisse.

Sed positiva voluminis altera pars longe aliter est
existimanda, et praecipue cum quaestio illa in ea auda-
cter ponitur: « An morum honestas procuranda ad artium
liberalium naturam pertineat? » quam quidem affirmative
plane resolvens, primum ac princeps auctor praestitit
omnibus artibus praecipuum.

Res brevi sermone evincitur: si enim omnium inge-
nuarum artium generice sumptum officium est, motibus,
lineis, sonis, litteris, vel viva voce an'mi sensus in
ceteros transfundere, formae illae omnes quasi media
habenda sunt ad cogitationes exprimendas, quae proinde
in artis operibus primas tenent; acceptam namque ex si-
gnis vel ex carminibus cogitationes et sensus, dum mente
reponimus, formae plerumque vacuae et inanis facile
obliviscimur.

Atqui cogitationes illae tunc praecipue delectamento
erunt, cum inter auctoris et spectantis animum concordia
quaedam ex opere surgat, quae maxima profecto parietur,
si earum veritas et bonitas una simul percipientur. Neque
tamen neget quis pulcritudini potissimum artifici esse
prospiciendum, cuius primum exemplis ad dijudicanda
huiusmodi opera passim utimur; ita vero ut ex tribus
illis quae unum sunt, veluti philosophiae praecipuum

objecum verum est, legum autem et moralium discipli-
narum est bonum, artium ingenuarum contra pulcrum
sit. Immo hac de causa plerumque sit, ut plurima artis
opera, quamvis et veritate omni et honestate destituta,
pulcritudine tamen minime careant; conceptam enim ex
iis delectationem tot elementa constituant, quorum etsi
unus aut alter deficiat, possunt reliqua adesse. At nihil
ominus optandum ante omnia est, ut illa saltem hone-
stati tribuenda pars nunquam desit, et si quae opera
in illam peccare videantur, nullum audientem vel spe-
ctantem inveniant.

Itaque turpidines vel malas illecebras, laeto animo
auctori consentientes, ad pulcritudinem augendam nulli-
modo necessarias censemus, et cum animos ad sese al-
licere vel delectamentum parere audimus, et fatuum et
culpae obnoxium illud adfirmamus.

Quibus tandem illuc, unde eramus profecti, revertimur,
concludentes verum, pulcrum, bonumque unum esse at-
que indivisible, ita ut ex bono, prout finis obtinet locum,
cum adhibita pulcritudine fuerit mente conceptum, maxi-
mum delectamentum paratur, tuncque demum artium
opera perfecta esse dicenda, cum bonum ratione finis,
verum ratione obiecti, pulcrum denique ratione mediij
adhibita viderimus.

Cui quidem ratiocinandi semitae, etsi eam Russus ille
summus minime terendam sibi censuerit, cum tandem in
idem nobis consentientem videamus, planeque asseren-
tem hunc esse summum artibus proponendum finem, ut
omnium hominum fraternam societatem sub patriam Dei
tutelam procurent, facere non possumus quin toto animo
plaudamus. Omen igitur ex corde praecipuum illi faci-
mus, ut edita tanto studio monumenta artifices omnes
nostros, qui in corruptionem ruunt, quosque multitudi-
caeco impetu sequitur, in praecipi cursu retineant, at-
que ad emendationem reducant; quorum iterum operibus
liberales artes, prout Dei nepotes decet, in venturum ae-
vum renoventur.

H. SALVADORI.

METAE FUTURAE SOBOLI PROPOSITAE

IUVENIBUS sane nobis molestum est, licet nimia ae-
qualium conversatione non utamur, passim tamen
inter eos quibuscum vel studiorum similitudine, vel
amicitia devincimur, unam exaudire eamdemque que-
relam, spes omnes altas, nobiles, magnanimas, quae
patribus quavis aetate illuxerunt, aevi nostro,
imbecillo quodam fato, prorsus defecisse. Nullum
inde studium nullaque satis digna forma ad quam
servidae et exuberantes iuventutis vires nitantur, nec
ullibi melius quam in litterarum otiosis iacendum est.
In hanc vero exanimantem enervemque doctrinam,
clarissimi viri, quotquot iuvenes caros habent, et ae-
tati futurae studiose consulunt, elata voce non semel
increpuerunt, ne, cum humanae societatis condiciones
aerioribus malis vexantur, validiora praesidia, quae
in iuvenum viribus reposita sunt, eo nimurum tem-
pore disfluant.

Sed inter omnium voces, ni fallor, nulla hactenus
illustrior neque efficacior, ingenio vel doctrina in-
sonuit, quam Ioannis Ireland, S. Pauli de Minne-
sota archiepiscopi, quem philosophiae vel litterarum
scientia plures forte aemulantur, perspecta vero ne-
cessitatum ineuntis aevi notitia superat nemo. Ado-
lescentium inde in litteris vel bonis artibus iuve-
num quanta proximo saeculo pars erit consultum
antistitem non effugit, immo quoties aequalibus no-
stris verba fecerit, venturis veluti fatis illum adlocu-
tum reputaveris. Iure meminit enim, etsi aetatem hanc
primam infusa vita experientia deficiat, integris
tamen corporis viribus, intacta animorum fiducia,
praestantis cuiusque formae studio maximis pretiis
effici; denique, naturae et temporum legibus, sua
veluti in dextera ipsam futura portare.

Et sane quae divino consilio hominum sortes
instruantur nemini sunt explorata nec esse possunt,
sed una historiae notitia satis est, ut omnia, nisi quae
Deus immutabilia constituit, commutanda in dies pae-
noscamus. Cum vero utrum id in melius an in peius
cessurum sit anxie quaeratur, responsum dare iuven-
num est. Hoc proinde novum veluti bellum doloribus
maxime frequens manet in Dei caritate tolerandis,
sed ingentibus simul pro proximorum bono triumphis
splendide foecundum. Tunc igitur nova soboles rel-
ligione simul ac doctrina mundi imperium usurpabit:
si enim quod oritur aevum, Christo Redemptori
praecipue sacrum, volumus reapse lustratum expia-
tumque Deo vovere, non una nudaque religione id
effici posse credendum est, nisi contumaci studio et
opera indefessa pietas convaluerit. Iuvenum inde
princeps munus, morbis omnibus, quos saeculum de-
flet, remedium proxime afferre, vulneraque eius
mortifera innectis manibus pertractare, ita sane ut,
quaquaversus hominum pandantur viae, sive ad lit-
teras bonasque artes, sive ad naturae disciplinas,
optimorum etiam agmina sese vertant, et deceptos vel
impios omnes exemplo et documento ad Deum re-
ducant. Exempli enim prima vis est; quae si defuerit,
reliqua omnia, doctrina, opera, nobilesque conatus
irrita evadent; contra vero, ipsius splendore roborata,
ineluctabilem efficaciam obtinere videbuntur. Exem-
plum autem veluti in studiorum curriculo, ita, et po-
tissimum, in vitae ratione praestandum est; quaevis
enim monumenta, licet doctissima maximoque studio
et ingenio parta, cum vitae auctoritate destituuntur,
ut vacua plerumque germina arescant.

His itaque geminis viribus pro Ecclesia primum
adlaborandum est, ut dissidium male vulgatum, quo
illam ab hodierna civili societate fatali divortio se-
iungi calumniantur, aliquando componere fas sit.
Quapropter current catholici iuvenes, ut valide officio
fungentes suo, plane ostendant non eam esse Eccle-
siae naturam, quae libertatem civiliumque progressum
condemnet, sed divinis huiusmodi donis egregie fa-
veat eaque in melius florescere omni ope contendat.

At post Ecclesiam, natale solum et suorum ci-
vium societas secundas sibi vindicant: nationum enim
fines hominum in manibus positi minime sunt, sed di-
vino nutu constituti; quo permisum est, ut singuli
populi terra marique, sermone, indole, rerum gesta-
rum memoria, alii ab aliis distinguenterentur. Quare et
suae et familiari utilitati patriae commoda cuique sunt
anteponenda; ita tamen, ut vel cum illa procurentur,
aequa mente diiudicetur quid utile quidve noxiū
clamanti populo concedere oporteat, vel denegare.

Quod ut tutius dirimatur, quatuor sunt passim
catholicis iuvenibus memoranda praecpta, quorum
auxilio socialis cuiusvis arduae questionis prona
solutio erit. Haec vero evangelica sunt: primum
namque edicit, ut proximos fratrum loco fervida
dilectione complectamur; alterum, ut mentis ma-
nuumque laboribus unus idemque honos tribuatur
vitamque otio terere turpe sit; tertium, ut pauperum
iura, quo minus auri inopia tegantur, eo acris vin-
dicemus; postremum denique, ut humiliorum frequenti
consuetudine civilis concordia restituantur.

His et similibus archiepiscopus ille doctissimus,
verbo vel stilo, iuvenes est saepe adhortatus, neque
in americana tantum dioecesi sua, sed et ubique,
quo vel itineris, vel munieris causa commoratus, elo-
quentia eius sese edoceri iuvenes expostularunt. Nos
vero ex oratione quam recens in Bruxellensi Aca-
demia habuit, quae supra retulimus, presso calamo
excerpsimus, leviterque heic attigimus. At ad propo-
situm finem iam ea satis esse, quamvis ieiuna, tene-

R S T, aliquid in involucrum aerere insiden-
terioris sit ca-
tur vel due si-
rotis palmatis
rento deficiente
et in ippoerio.
omnino casum;
maius pondere
ersionis pericu-
lo in lacum, vel
non modo na-
tatis h h h fa-
esse, quod of-
fisidere potest.
minus duo simul
us, et per aëria
ria, et fortassis
que precamur
micum in atrio
occidentalibus,
euntem.

PIERALICE.

IAXIMI

dies, obitu Pii
nis memorabi-
non deposue-
o redit, quum

Vir autem erat imperatoria forma, statura procerus, incessu gravis, elegans verbo, comis, humanus, quem nec honores maximi effarent, neque frangent extrema infortunia. Nobili natus Braschiorum genere ex urbe Caesena talis ingenio fuit, ut vix decem ac septem annos natus doctor in utroque iure sit renunciatus. Quae autem semel didicerat ita memoria tenebat, ut, quinquaginta post annis, magnum numerum optimorum versuum ex Horatio et Vergilio pronuntiaret ex tempore quasi nuper legisset, itemque ex insignioribus Tullii ac Demosthenis orationibus.

Unigenitus domi erat, atque integra paterna domus genusque inclinata in eo recumbabant. Posthabitis tamen et illecebris mundi, et consanguineorum suasionibus, totum se Deo creditit, sacraeque sacerdotum militiae nomen dedit, ac Ferrariam urbem ingressus est, ibique mansit apud avunculum Ioannem Caroium Bandi iurisperitum, qui tunc erat ex audiencia penes cardinalem Ruffo, Ferrariae legatum.

Postremus hic mira contineri in aurea Ioannis Angeli, adolescentis adhuc, indole prospexit, sibique a secretis voluit adesse, saepissime vel in apice movendo usus Ioannis consilio, semper, si quid acturus esset, alloquo.

Romam anno 1740 primum ingressus est, Ruffum adeuntem Conclavis arcana sequutus, ex quo Benedictus XIV Pontifex fuit. Ruffo ad Veliternum et Ostiensem episcopatum evecto, Braschi auditor a negotiis episcopalibus adfuit, quae omnia tredecim per annos ita obivit, ut nemo usquam.

Gravissimis, Benedicto mittente, rebus Neapoli compositis, Romam reversus pone Benedictum functus est amanuensis officio, mox ad ecclesiasticos honores assumptus. Sacerdos factus in magistratu supremo esse coepit, quem *Signaturae iustitiae* vocant, apud Rezzonicum, qui postea et Pontifex, auditor in civilibus causis iudicandis; mox pontificio aerario praefuit; denique xv mensis Februarii die, anno 1775, summus Pontifex renunciatus est.

Tunc in aperto fuerunt quae obducta purpura vix coruscabant, regemque pollicebantur maximum magnificientia, quem nuper inclytum sapientia Sublancensis populus, eius ditioni creditus tamquam cardinali abbatii commendatario, uno ore laudabat. Quos beneficentissimus episcopus moribus, religione, sanctitate auxerat, mox, rex factus, amplissimis complexus est beneficiis, et cathedrali, athenaeo, viis, aquis, officiis, industriis omnimodis ditavit, urbemque laetissimam aspectu constituit, omnibus, qui pulcherrima quaerant, peregrinis non adeundam modo, sed expetendam.

Publicum aerarium instauravit, leges optimas dedit, latrones exterminavit, et, praeceteris, cavit ne cuiquam quid minimum ultra ius fasque liceret.


Romam voluit monumentis insignem, amphitheatum Flavianum, addito opere, a ruina extrema prohibuit, sacrarum Vaticana basilica dignum a fundamentis excitavit, ubique in pontificia ditione egregia

editit opera, plura facturus, nisi lugubre immugiens Gallia, subvertens omnia, et italis inhians thesauris, omnia caede, bello, rapinis implevisset.

Horret ac refugit animus a commemoratione scelerum, quae supra superioris saeculi compleverunt.

Haec auditu atrocissima Pium vehementer angabant, et intentum ditandis populis, agriculturae, lani-
ficii, commerciis provehendis ad sublevanda miser-

est. Tunc hi, qui Gallicam rempublicam administra-
bant, sibi vindicarunt, quod iam ante perspexerant, ut ultimo Pontifici catholico (ultimo ex his fore Pius videbatur) et exsilium, et carcerem, et interitum quam citissime compararent. Nec mora. Potiuntur Urbe, invadunt omnia barbarico modo, et dum coen-
tantem Senem adorunt exsilium dicturi, latrociniis turpissimo ea tollunt quae Pontifex suo usui addicta tenebat, non illa thecula aurea excepta, qua nico-



Pii VI P. M. monumentum in basilica Vaticana. (ANT. CANOVA opus).

rima, ad infelices inopesque omni ratione sustentan-
dos, magnas inter angustias additas distrahebant.

Interea Napoleon ille Gallorum dux magno in-
gruebat exercitu, fusisque exiguis Pontificis copiis,
iniiciebat manus in Lauretanæ basilicae thesauros,
in publicas et privatas opes, atque Urbis aeternæ
musea, bibliothecas populabatur, congestum a Xy-
sto V in Adriana mole aurum ter centies et ultra
libellarum centena millia, Gallica republica iubente,
rapiebat; mox iterum amplioresque rapinae man-
datae, patrataeque sunt; neque enim quotquot pre-
tiosa vasorum erant in templis urbanis ad explen-
dam avaritiam sufficere videbantur.

Octuagenarius Pontifex Pius, sollicitudinibus, moe-
roribus obsitus, magis quam annis, atque confectus,
valetudine laborare, atque in exitum vergere visus

tano interdum pulvere recreabatur; Hispani regis
donarium hoc erat.

Detrusis in carcerem cardinalibus, et quotquot
erant haerentes Pontifici, xix mensis Februarii die,
mane summo funebribus lucentibus taedis - nondum
enim illucescebat - rapitur Pius hora post dimidium
noctis quarta, cui frustra oblata libertas et magnum
auri pondus fuit, si regnum scripto dimitteret, Gal-
lisque traderet. At ille: « Habetis corpus meum in
potestate vestra; animam meam non habetis. Vos
ea quae carnificum sunt, me ea quae Pontificis
manent ».

Ita nec mora, comitantibus efferatis militibus, per
viarum incommoda subsultanti curru trahebatur Pius,
in quem senectus, morbus ingravescens, frigus, vi-
giliae, interdum fames et sitis plus aequo saeviebant.

aquilarum et milviorum
ostra, dentes effugerint;

bullus indicus aegre du-
nam ante hanc aetatem

decimus quartus, fortasse
quintum annum vix at-

Credo equidem: nam

ad mortem, ne in

le domestico ponit; sed

heodulam Löze dyna-
leonici Montholon vi-

comiti Cenci-Bolognetti
te oculos fuit dominae

ac vicesimum annum
cesimo porcus et lupus

quos tamen ursus in-

et passer, cumque his
um haud facile vident,

institutus iudicatur. Del-

vitam anno trigesimo,

et asino intra trigesi-

cessen est.

ra me vidisse memini,

justus dominus eden-

et potionibus ex farina
fectis nutriebat ac re-

st, dum viridi inhians
adit; impar enim lati-

ore facuit.

inta vitae sunt anni.

ue, aquila praedicatur

Vienna nuper obiit,

em aspererat. Pellicia-

tem obiter superant,

s habeatur.

gesimum quantum ac-

tur; nam in piscinis

orum in oppido quod

cypri plerique in-

rege ibi demersi, an-

m inde (anno 1517)

super cetera longae-

aeculum praetergre-

alexandrum, Philippi

monumento huic

riens pro domino

ic voluisse appella-

te, ne quis audace

poneret. Quinquag-

phas Ajax repertus,

erta aetas. Sunt qui

re saecula, sunt qui

ti sint serpentes in-

re a conflagratione

in carceribus Do-

60 iuxta montem

dos muros et sub-

et aquaretur, et

ole immanis, bar-

derruit, fugavit,

ferre sudes, qua-

s fornia terebra-

ente lapsa est, et

impetu catapulta-

et tremque adacta

lus exitus caver-

um volo inventos.

bus anachoretæ

qui bracatos, aut

respicientes a

toga, promissa

e fugiebant, ne-

alis et ovantes.

guttura accedebant, desuper impedites orbem, acclama-
tantes, circumeuntes, propiores capiti circumvolantes;
donec certiores facti lugubre quid canentes abibant, et
saepe tamen redibant visuri, et scrutaturi, quoadusque
defatigati supremum discederent. Quorsum haec? Ana-
choretam ultimum, socium, quocum assueverant, tot iam
saeculis functum vita, respicere credebant. Quaenam
ergo aetas?

Cete denique, immensas illas moles, quies par domus
Oceanus uterque, intra millesimum et ulterius annum
vivere credimus.

ALPHA.

REMEDIA AD PESTEM PRAECAVENDAM

IMPENDENTIBUS quotidie magis ex Lusitania luis pesti-
ferae minis, haud inopportunitum heic enucleare visum
est quae doctissimi medici Bandius et Stagnotta, ad infes-
tas morbo provincias recens prosecti, in commentario
De practica medicina vulgarium.

Animadvertisum primum hodiernas terra marique
gentes, quas perfectior in dies humanitatis et medicae
artis progressus, maxima aedificia munditia tuerit, mul-
tiplicatis contra commerciorum undique viis, iisque fre-
quentissimis et celerrimis, facilis cuivis contagio propa-
gando patere.

Sed lethali huic periculo advehendo aequoris viae pot-
tissimae sternuntur, per quas profecto celeberrima con-
tagia, quae per Europam grassata sunt, inducta fuisse no-
tum est.

Hoc namque tramite Athenarum pestis a. 430 a. C.
et Massiliensis a. 1720 exortae sunt, et, ut reliquas praet-
tereamus, Messanensis illa tetrorema est excitata clades,
qua trium mensium spatio tres et quadraginta Siculorum
millia necata fuerunt.

Marina itaque commercia, quoties morbi minae appro-
pinquare exaudiuntur, maximis sunt impedienda cautelis,
atque maritimis magistratibus summopere advigilanda,
non tam diligent viatorum inspectione et lustratione,
quam advectarum praecipue mercium, quotquot pestifera
germina asservare vel diffundere maxime possunt.

Et sane, quis vestrum credit summum tantae cala-
mitatis germen a mure, spreta ridiculaque bestiola,
portari? Attamen stultum omnino sit repugnare experien-
tiae, qua immo praemonitoria plerumque soricium
clade impendens contagium quadammodo praenunciari
docemur. Quare illae pae omnibus suspiciose merces
iudicantur, quibus murium ingluvies acris incitatur:
recentes atque sale conditae pelles, gramina quaeque et
cerealia dona, cuiusvis denique belluae finus. Gramina
enim quae in navibus coacervantur, nisi optime exsiccatae
fuerint, vel si candentem navis cortinam proprius attin-
gant, vel in scapha nimis reserta aëris aditu prohibeantur,
udore quodam tepido facile madescunt, quo ad alenda
mortifera germina nihil aptius.

Quid erit itaque cum mures infectis huiusmodi granis
vescentes, navem in portu quietam, ut plerumque accidit,
natatu dereliquerint terramque appulerint? Et profecto
morbi semina, vel si diuturnum iter fuerit, haud facile
arescere eadem experientia edocuit, qua multiplicata saepe
ac innovata, innotuit tandem laudatis viris ea in murium
cadaveribus post binos etiam menses viva adhuc perma-
nere. His autem compertis, facile patet quantum ex na-
vibus contagii discrimin impendat, quas ferme ad imum
praecipue fundum ubique et quaquaversus lustrare ad
abdicta usque et incondita penetralia difficile et prorsus
impossibile est. Quamquam, etsi alias id peragere liceat,
quis pulices innumeritas, quae murium hominumque com-
munes sunt atque veluti minima contagii vehicula fiunt,
omnes extinxerit?

Ad graminæ et fruges itaque redeundum, ut, antequam
ex navibus detrahantur, quo melius liceat arefacta expur-
gentur, veluti, igne opportune admoto, in Bombayensi
porto assolet. Venenosa enim bacteria in tepido frugum
udore ad decem usque vel tredecim dies vivere Hankin
et Proust medici clarissimi experti sunt, et cum longius

iter perduraverit, in voracum bestiolarum cadaveribus
adolescere. Ceterum aquarum cursus, sive maritimi sive
fluviales, parvam vel nullam propagandæ luis vim obti-
nent eamque brevissimo temporis spatio, quod pariter de
cibis omnibus, et praecipue de carnibus, vel adipe sale
conditis, vel de acidis quibusvis lymphis, dicendum est.

His itaque adnotatis, pestis germina madidas inter fruges
vel in animalium corporibus plerumque navigis as-
servari et advehiri concludendum est. Quare potissima
praecavenda remedia haec sunt, ut merces omnes in na-
vium scaphis diligenter coacerventur, ut, nisi omnino
exsiccate, non detrahantur, ut murium denique, quotquot
navigia incolunt, maxima clades procuretur.

R. SPINA.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Isidorus Verga S. R. E. cardinalis, episcopus Alba-
nensis atque summus poenitentiarius, iuris scientia ac vitae in-
tegritate maxime claruit. Diutino morbo confectus, Roma de-
cessit die x elapsi mensis Augusti, annos natus LXVII.

Robertus von Benda-Rudolo longevam vitam in
rebus publicis gerendis actam absumpsit apud Berolinum in
suburbano.

Robertus Wilhelmus Bunsen, Coettingue ortus pridie
kal. Aprilis a. MDCCXL, atque vita Heidelberg functus die
xvi m. Augusti, inter sapientissimos clarissimos viros, qui
nostra aetate chymicas doctrinæ se addiderint, procul dubio est
recensendus. Plura per vestigando adinvenit, et nova elementa
cesium et rubidium, et electricam illam pilam, quae ab eo nomen
retinuit, et rationem qua magnesium ad illucescendum subige-
retur. Admirabilis vero methodus illa analyticus, qua spectrum
astrorum dignoscitur, una cum Kirchhof viro, quem in studiis
habuit collegam, reperta, amplissimam ei pèperit gloriam, eius-
que nomen immortalitati commendavit.

Eugenius Lommel, qui Monachio in urbe interiit, et
ipse in naturae investigationem incubuit, optiques praesertim
evasit peritissimus.

Georgius Auyeris, graecus, qui adolescens adiuc, ut
Turcarum persecutionem effugeret, in Russiam primum, deinde
in Aegyptum recepit cognomenque sumpsit Averof, maximam
pecuniam, quam diuturno agri colendi studio et labore, negotiis
que optime gestis sibi comparavit, in hominum utilitatem ac
dilectae a se patriæ bonum omnem transtulit, ita ut grati animi
monumentum aere perennius sibi mortuo exegerit.

Denique Alexandriae Aegyptiorum, die huius mensis Sept. iv,
centesimum quintum agens annum naturae concessit **Sophro-**
nus, Aegypti, Libiae atque Aethiopie patriarcha graeco-or-
thodoxus; et die v, Bellogradi, **Ioannes Ristich**, vir multa
litterarum longeque in re publica versatus.

C.

FRUSTULA

De mense Septembri.

Qui primum apud Graecos, septimum ordinem
et nomen apud Romanos hic mensis obtinuit;
quamquam non defuerunt qui eumdem quasi septi-
mum imbre ex caeli perturbationibus appellatum
autumarint. Forsan et rei ex eo addita fides, quod
Vulcano, ignis numini, mensis fuerit dicatus, ut cae-
lum a fulminibus prohiberet; constat enim viri id.
in Campo Martio cava conditum terra Plutonis tem-
plum recludi, ut haedus nigraque ovis Inferis immo-
larentur. Quo quidem more gravissimæ contine-
bantur ceremoniae piaculares: sacerdotibus tantum
aditus concessus, aerae pares omnes instructae ac
nigris coronis et cupressu ornatae. Ceterum haud
ignotum est, cum inferis diis sacrificaretur, hostias
prona cervice terramque intuentes mactari, ferrum

supponi, ac sanguinem in scrobe vel fossa infundi;
praeterea libationem invergendo fieri, ut manu ad
sinistram partem versa patera converteretur; deni-
que preces manibus dimissis ferri et pedibus terram
percutiendo, quod scilicet sub terra ii habitarent.

¶

Mensis Septembri apud Romanos solemnia.

At, faustiora petentes, atras imagines relinquam-
us. Idus enim Sept. initium *Magnis Ludis* faciebant,
quos M. Attilius consul, post cladem ad Trasime-
num, in honorem voerat Magnorum Deorum, id
est Larium urbis Romæ, Iovis, Iunonis et Minervæ,
pro salute populi. Quod si tecum ipse reputaveris
immodo apparatu, quem tum scirent et possent,
maiores nostros agere hos ludos ita consuevisse, ut
etiam sub pulvinari eorum, qui ad eos concelebran-
dos una simul convenienter, pulcra dona reponerent,
procul dubio pretiosissimam populi salutem haberi
iis temporibus argues.

Iisdem fere diebus Capitolini templi dedicationis
memoria quoque recolebatur, ac deinde – neque mi-
randum sane – ad *Vinalia* rursus accedebant.

Quae quidem ut vos etiam, lectores mei, at mo-
dice, aggrediamini libenter suadeo, dum unde ortum
duxi de veterum solemnibus, eo et finem statuo.
Quod si, annuo hoc cursu exacto, atque munere,
quod suscepseram, functus, paululum in posterum ab
huiusmodi colligendis frustulis operam remisero,
ne quis vestrum, quaeso, me insipientem increpet:
« Verba vinum ministrabat! »

¶

De sibili vaporitrahis apposito.

Iter vobis in curribus vapore actis facientibus
venit ne unquam in mentem quandonam et qua ra-
tione sibilus fuerit vaporitrahis appositus? Res in
manibus est; audite.

Cum anno MDCCXXXIII ferreis axibus strata via
Swennington ab urbe ad urbem Leicester primum
deducta fuisset, accidit forte, ut currum, quem equus
vehebat, viam pertranseuntem vaporitraha superve-
niens violenter everterit equumque et aurigam inter-
fecerit, quod misero homini debilis buccinae so-
nitus – ea enim vaporitraharum moderatores tunc
utebantur – exiguate sua nihil admonendo pro-
fuisse. Hinc cum ferreorum itinerum curatores
omnium animum primo hoc infortunio nimis per-
turbatum cognovissent, Georgio Stephenson illi, qui
vaporis vim ad itinera adhibuerat, litteras dederunt,
ut signum aliquod utilius ad huiusmodi aerumnis
praecavendum suppeditaret. Stephenson vero multa
incassum experiebatur: cum ipse novarum viarum
administer consilium initiv cornu vaporitrahae ad-
dendi, quod, igneo vapore flante, sonitum praebet.
Stephenson autem magistro re omnino probata
experiendoque perfecta, sibilus acutissimus, ut hodie
insonat, factus est, et anno MDCCXXXVI vaporitrahis
omnibus appositus.

¶

Iocosa.

Electridis, quem vocant, progressus quo perve-
nit, Titius quidam ut mihi ostenderet contendebat.

— Aspice — sic ille — telegraphia, quod nunc ex
longinquis Americis accepi. Milliaria tot terra ma-
riique ita brevi peragravit, ut plici gummas adhuc
madentes praebeat!

FORFEX.

Quo se fortuna verlit, eo se favor hominum inclinat.

(IUSTIN. lib. 5).

ANNALES

Quaestiones de maiestate - Regalia itinera: Nicolai, Montis Nigri principis, Bysantium; Russorum Caesaris Haphniae; Wilhelmi, Germanorum imperatoris, ad civitatem Argentinensem - Ibericum episcopale Concilium - Duces Iberorum crimine absoluti - In insula Sancti Dominici et in Venezuela republica seditiones - Transvaaliana fata - Quaestio Dreyfusiana absoluta.

BELLOGRADI in Serbia quaestiones de crimine maiestate, ex tentata Milani regis nece adhuc habentur, non sine aliqua populorum perturbatione, apud quos passim, iure an iniuria ignoramus, suspicio insinuat, crimen simulationi tantum esse tribendum, ut in factionem regali domui adversantem acrius animadvertis, liberiusque liceat.

★

In proxima interdum Byzantio Montis Nigri princeps Nicolaus Petrowich eiusque familia ad Turcarum imperatorem invisendum nuper appulsi, comiter supramodum accepti sunt, atque regali munificentia donis cumulati, quae inter, ut eius regis mos est, equus arabico sanguine insignis ipsi Nicolao traditus fuit.

Non tamen unum hoc recensetur postremis diebus regale iter memorandum; nam et in Dania Russorum Caesarem versari pariter audimus. Qui reapse una cum imperiali uxore Haphniae portum *Standart* navigio tenuit; inde in arce Bernstoff a Danorum rege hospitium sibi splendidum statutum invenit. Solemnia igitur feriaeque ad celebrandum adventum magnificae undique parantur: at dolendum plurimum inter ea est, aurium quodam fastidioso morbo imperatorem torqueri, quo, quasi non interrupto murmure, in capite vexatur. Ab eo tamen, admotis callide chirurgicis armis, liberatum regem iri brevi speramus.

Tertium memoria dignum iter fuit quod Germanorum imperator in Argentinensem urbem suscepit, ut deinde campestres exercitationes per Lotharingiam habendas invigilaret. In convivio enim quod illi municipes pararunt propinationem fervidam Wilhelmus habuit, qua Lotharingiae atque Alsatiae fortunam auspiciatus, firmae voluntatis suae documentum, de subiectis provinciis armorum vi tuendis atque Germanico imperio arctioribus in dies vinculis cogendis, novum edidit.

★

Ibericas inter res, praecipua fuit episcoporum omnium conventus in Burgensi civitate habitus. Pontificalis enim epistola peropportuna ad ipsos missa est, ut civilem concordiam toto animo procurarent, qua medelam tot patriae malis quam validam admoveare tuto liceret. Impendebant enim, aut videbantur, ex nordicis provinciis civilis belli minae, ad quas repellendas frequentiores militum legiones illuc mittere magna pecunia oportuit. Concilio itaque absoluto, praincipuae episcoporum salutatoriae epistole alia ad Pontificem, alia ad reginam missae sunt.

★

Quaestiones quae Madriti adhuc agitantur de culpis ex infausto cum Americanis bello inter duces statuendis, plane, ut oportebat, absolutae sunt; praefectorum nempe ac imperatorum omnium terra marique innocentia recognita.

★

Seditionem in Sancti Dominici insula exortam, triumphantem iam prope nunciarunt, atque Jimenes,

novi praesidis, copias urbem caput pene tenuisse. Nec tamen longam eventus huiusmodi futuram expectationem credimus; cum enim Figueroe, legitimus electus praeses, munere abdicaverit, qui novae atque victrici factioni obsistere valeat profecto non est. Similia vero contagii instar, ut videtur, per Americam diffunduntur: dum enim Dominicanae perturbationes iam quiescent, novae ex Venezuela republica recensque exortae insonant, quae nimis Americanarum civitatum nordicarum foederationis plurimum interesse apparent: canalis enim Panamensis celeberrimus, quem ipsae nunc sibi effodientem vindicant, exagitatae reipublicae terras proxime attingit.

★

De Transvaalianis quid sentiendum sit ignoratur; ex incertis namque et contradictoribus quotidie nuncis nihil inducere tutum est. Maximis quidem laudibus, inter imminentis belli angustias, Bataviae regina est celebranda, quae suas interponere preces apud Anglorum reginam non dubitavit, ut armis parceretur. At contra immotas fatorum leges frustra pugnatur, si verum est quod nuperrime innotuit, anglos administratos supremas litteras, quas *ultimatum* vocant, iam contra Boeros parare.

Quid autem futurum sit anxiō animo expectamus.

★

Dreyfusiana quaestio, de qua in hoc ipso commentario *Verax* e numero scriptorum nostrorum, nunc Redonibus degens, late absque partium studio disseruit, inopinata propteratione ad exitum perducta est elapsa die IX. Belli Concilium Dreyfusium reum de integro coaguit, atque in custodias per decem annos detrudi iussit.

POPULICOLA.

LIBRORUM RECENSIO

De editione quadam Tullianae orationis Pro T. Anio Milone cum A. CINQUINI animadversionibus.

Inter innumeris editiones Tullianarum orationum quae vel in Italia vel extra Italiam pene quotidie in lucem prodeunt, haec est in primis mentione digna, quae Paravia et socios nuperrime editores habuit, auctorem autem A. Cinquini, doctorem graecis latinisque litteris tradendis in Florentino lyceo, cui a Dante nomen factum est.

Hic liber etsi minime eorum fines excedit qui in usum scholarum confecti sunt, tamen nonnulla continet animadversione laudeque digna. Primum omnium prolegomena ibi leguntur, italicis quidem scripta, ut est consuetudo harum editionum, at apta profecto ad tempora illustranda, quibus Clodii nex evenit inque Milonem quaestio facta est. In his prolegomenis nil aliud legenti mihi castigandum occurrit, nisi quod sub finem paginæ XV impressum est: « votate con l'osservanza, etc. », pro eo quod esset, « votate contro l'osservanza, etc. »; praeterea pagina xxv inepte appellatur Pompeius consul sine collega iam inde ab eo die quo consularibus comitiis per tumultus impeditis, factum erat senatus consultum, ut interrex et tribuni plebis et ipse Pompeius procons. videant ne quid detrimenti resp. caperet; cum contra Asconius nos certiores faciat, v demum kal. Martias mense intercalario consulem creatum esse Pompeium.

Concluduntur a Cinquini prolegomena adiecta accurata partium expositione in quas Tulliana oratio dividitur. Quod ad eam recte intelligendam et iudicandam maximae profecto est utilitati.

Ipsi autem Tulliano operi praemissum est argumentum Q. Asconi Pediani, animadversionibus auctum et illustratum; quod non erit profecto sine fructu legentum. Sequitur Miloniana oratio, cuius textus, qui dicitur, fere

ad exemplar Teubnerianae editionis a Cinquinio constitutus est, praeterquam quod multum concessit Harleiano cuidam codici exeunte xi saeculo conscripto, cuius collatio Clarkii opera exstat in *Anecdota Oxoniensia* (Classical series, part. VII; collations from the Harleian Ms. of Cicero 2682).

Italicae, animadversiones quibus Cinquinius verba Ciceronis illustranda curavit ad eam rem aptae plerunque dicendae sunt, neque longiores aequo neque breviores. Saepe conferuntur alii loci eiusdem auctoris, quo, ut omnibus notum est, nihil utilius ad sermonis difficultates explanandas; saepius autem quam par est nomina eorum proferuntur, qui de latino sermone in universum scripserunt, velut Madvigii, Cocchia, Gandinii aliorumque, cum opportunius sit festinanti lectori regulam allatis ulti exemplis probare, quam eum ad alios libros quantivis pretiū non sine labore quaerendos amandare. Ceterum Cinquinii animadversiones non carent mendis; veluti in prima pagina verba Ciceronis « cum T. Annus ipse magis de reip. salute quam de sua perturbetur » male vertuntur: « sebbene M. sia inquieto, turbato »; ait enim Cicero, minime decere cum T. Annus nihil ferme de sua salute perturbetur, se parem animi magnitudinem ad eius causam defendendam affirme non posse, ubi quisque videt illud « cum-perturbetur » non concessivo sensu esse accipiendum, sed vel causalē vel oppositionis.

FR.

AENIGMATA

I.

In primis tutas do vobis omnibus escas;
Nilque *deinde* nisi circulus esse queo.
Nos sumus uniti romanae gloria linguae:
Est vir quem dixit libera Roma patrem.

II.

1. Me dulce et niveum tibi saepe dat alma capella;
Matris et ex mamma parvulus ore trahit.
2. In calicem me nunc, quaeso, te fundere noli,
Ni saltem minimum hoc alterum abesse scias.
Si facias aliter, pueri cui pocula donas
Haec res tota frequens ora genasque luet.

I. I. SULLIVAN.

Ex sociis qui horum aenigmatum interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

BIBLIA SACRA

VULGATAE EDITIONIS

Xysti V P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita.
(Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et Soc.).

Aenigmata ann. II, n. XIV proposita his respondent:

1. Semel in anno licet insanire.

2. Vir-tus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Roma - Guil. Schenz, Ratisbona in Bavaria - Ios. Capovin, Montebello Vicentino - Ios. Sola, Montereale in Sicilia - Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas - Io. Bap. Etsenberg, Albano - Ver. Cariolato, Vercellis - Nic. Frachetti, Menagore in Indis - Alois. Cappelli, Senis.

Sortitus est praemium:

Ios. CAPOVIN,

ad quem missum est opus, cui titulus:

AU PAYS DES TURBANS

(GRÈCE, SYRIE, ÉGYPTE)

par V. BAUDOT.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

tionis a Cinquinio consti-
tutum concessit Harleiano
ulo conscripto, cuius col-
lectio Oxoniensibus (Clas-
sics from the Harleian Ms.).

ibus Cinquinii verba Ci-
am rem aptae plerumque
aequo neque breviores.
usdem auctoris, quo, ut
ad sermonis difficultates
impar est nomina eorum
one in universum scrip-
Sandinii allorumque, cum
ori regulam allatis ultra
ad alios libros quantivis
dos amandare. Ceterum
carent mendis; veluti in
«cum T. Annus ipse
sua perturbetur» male
dicto, turbato»; ait enim
Annus nihil ferme de
animi magnitudinem ad
re non posse, ubi quisque
non concessivo sensu
li vel oppositionis.

FR.

ATA

nibus escas;
s esse queo.
loria linguae:
Roma patrem.

epe dat alma capella;
rulus ore trahit.
te fundere noli,
alterum abesse scias.
ocula donas
genasque luet.

I. I. SULLIVAN.

atum interpretatio-
rem miserint intra-
atis accipiet opus,

CRA
ns
is VIII auctoritate edita,
febre et Soc.).

sita his respondent:
insanire.

Ratisbona in Bavaria —
Sola, Monteregali in
las — Io. Bap. Etschen-
- Nic. Frachetti, Men-

BANS
TE)

IPI, iurisperitus.

et Socii.

PER ORBEM

Postremum itineris commentarium **ex contagii fastis exordium** duxit, neque licet equidem hodiernum iucundioribus auspiciis iniri. Nostis enim Callensem civitatem tetro morbo iam fuisse pervasam, imo nec Ulyssiponensem urbem ab eiusmodi suspicione omnino immunem manere. Ecquid vero? Abnorme profecto est nostro morienti aevo, quod tanta studiorum illustratione et progressu claruit, **tumultus illos et seditiones** esse innovatas, quae iam saeculo XVII, grasse eodem morbo, populos perturbarunt. Plebs enim Callensis, quis credit?, domum Jorge medici, viri clarissimi ac de omnium valetudine optime meriti, obsidione veluti cinxit, illumque egredientem ululatibus, sibilis, imprecationibus et minis insectata est; imo non defuit medicus alter, qui, in via, claro collegae necem paraverit. Quae vero tot iarum causa? Una eaque prae-nobilis, medicum contagii invasionem, inspectis vix primis eius victimis, magistratus revelasse, ut publicae valetudini consularent, infirmos solitudine coarctarent, civitatem custodiis terra maritique munirent, morbumque in ceteras regni provincias migrare non sinerent. Inde acceptum commerciorum detrimentum querentes cives, servatam unius prudenti consilio totius populi valetudinem flocci faciunt, atque vigilis custodis personae, odio, iniuriis et armata manu, beneficii pretium solvunt.

Neque hec satis. Planum equidem erat Iberorum gubernatores, suae reipublicae praeservandaes, quae Lusitaniae fines undique attingit, extraordinarias cautelas indicere debere. Statutae itaque militum crebrae custodiae, quae fines omnes in longitudinem inspicerent, corruptasque merces vel viros suspicioni obnoxios transitu prohiberent. At repente, elapsa die 27^a mensis Augusti, miles quidam ex iis qui prope Caedelas, ibericum oppidum, stationem occupabant, explosa ex lusitana terra ignea ballista interficitur. Puto equidem id nonnisi a vectigalium quodam fraudatore admissum; attamen non defuerunt rei gravitat Iberici administris et a Lusitanis non tam detimenti ex crimine accepti pretium, quam violatae custodiae caussam acriter exquisierunt.

¶

Quamquam et, absque mortiferis telis, **una caniculae fervida virtute** hominum posse praecidi vitam credendum est. Quid enim aliud londinenses nuncilsonant? Die mensis Augusti 25^a thermometri fistulae, quibus ad dimetendum fervoris aestum, mercurii liquidi plenis, utinam, ad quinque et triginta lineolas sub umbra liquoris columnam extulerant; sub sole vero ad quinque et quinquaginta. Tam atroci itaque incumbente aestu, equi passim per vias corrue, mulieres sensibus destitutae procumbere, integrum quoddam puellarum agmen ictu solis pene prostratum, medici, qui ad huiusmodi aegrotantes confortandos progrediebantur, vias transeundi impotes. Brevi, ad ducentos usque viros solaribus radiis percuslos atque e sensibus deiectos adnumerarunt, ex quibus decuriam morte corruptam acriter lugendum est. Ita igitur a nordica insula hiemis rigiditas caniculares atrocitates minime repellit.

¶

Sed iam nova veniunt **ipsius naturae in-clementia patrata**. Tempestates horridae Americanam pervastarunt, praecipue vero Carolinam foederatam rempublicam, Andros Antillarum insulam, Sancti Iacobi Cubae insulae provinciam. Piscatoriae naviculae inter eas magno numero

demersae moerentur, domusque dirutae; imo prope Sancti Iacobi civitatem vaporitraha, tumescens aquis flumen in ponte pertransiens, fractis repente fluctuum rabie pilis, in gurgitem demersa est, et quinquaginta viatores misere amisit. Callensis denique civitas, quam toties haec tenus infante recolumus, ne pestiferas calamitates satis sibi reputaret, terraemotu, licet leviori, die mensis Augusti 25^a quassata est.

¶

Cetera quae adnotanda luctuosa exhibet via, **hominum culpa** paravit. In Iberia orientali, carbonis fodina, aere incenso explodens, effossores necavit plurimos: at in Iaponia apud Yokohama cupri alia fodina aquis repente ex fracto pariete prosilientibus inundata est, et sexcentos miseris operarios demersos vidit.

¶

Navalia infortunia in Anglia ad Woolwich primum de navalium armamentario traduntur, quod ignis dolo vel culpa excitatus consumpsit; in Italia autem ex Cataniensi portu de iacula-toria navi, in qua explosa pressi aëris fistula classiariorum binos vulneravit; eadem denique in brasiliiana militari scapha, quae inter artificios ignes ex pulvere incensos in Argentini praesidis honorem, fulminea pila explodente, tribus clas-siariorum privata est.

¶

Naufragium postremus odysseae casus est, quod *Tito* (hoc nempe erat nomen) germanico navigio contigit, cum ex Anglia in Scotiam iter ficeret. Tempestate namque horribili repente inflata, non tam misere navis perit, sed ex nautis et viatoribus omnibus nec unus quidem incolmis litus tenuit.

Sed huiusmodi maxime recens historia ex Neo-Eboraco accepimus. *Drot*, norwegiana na-vis, die exacti mensis undecima, in medio Atlantico Oceano naufragio submersa est. Nautae decem in scapha sospites tunc ad undarum libitum fluctuare coepert: at diuturnis famis et sitis cruciatibus ad belluinium furorem perducti, alterum ex contubernialibus interfecerunt, ut eius sanguinem haurirent. Quod miserum quidem crimen minime valuit ad reliquos servandos; nam duo tanta egestate confecti in mare tandem corruerunt; alias vero, amens factus est.

Miserandi ferme potiusquam culpandi nautae; cum enim tanta est calamitatum vis, ut ad horrida huiusmodi facinora homines deducat, ec quis amissum omnino rationis sensum humanae feritati tribuere firmo iudicio audeat?

VIATOR.

VARIA

Photographiae res.

Photographia, quae caeli spatia scatentia sideribus, confertaque (ad verbum) stellis refert, nomen designativum sui munieris doctorum omnium consensu virorum tulit, ac caelestis appellatur, talisque esto semper; non enim haec turpis imaginibus animos in prava incitat, sed multis fortasse suadebit artificem rerum omnium Deum atque ordinatorem.

Anglicus vir astronomus, Rupertus Ball, saepe de doctrina sua populares communi gentis eloquio affatur, brevibus multa intellectu, vulgaribus ardua cogitatu componens. Hic nuper photographiae caelestis exiguum specimen et spatium ostendens, stellas, millies chrystallo auctas lenticulari, indicabat, atque: «ad has», inquietabat,

«si quis vestrum verba dimittere vellet, usus telegrapho electrico, qui singulis momentis secundis centum et octoginta sex millia milliariorum anglorum tranat, duo de octoginta annorum tempora completeret». Haec ultima telescopio sidera apparet. Agite nunc, et coniuste quid caelestis photographia revelaverit. Sidera ista minuscula a photographia caelesti nuperrime donata sunt; at (vos praemoneo cupidos illuc telegammata dimittendi) verba vestra vix post mille octingentos nonaginta et octo annos sidus attinent.

Et aliquid iam insuper est quod etiam longinquiora sidera conicit!...

Vere «Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum!»

Photographiam caelestem infera (ne legatis infernam!) photographia sequuta mox est.

Inferam dixi, at nominis res obsistit; non enim de subterraneis, sed de submarinis est sermo.

Photophilus quidam, Gallus genere, iam inde ab anno 1889 in Mediterraneo mari experimenta constituit, atque retulit, chrystallo iudice, apud Cyrrnum insulam, duodeviginti a litore chilometris, lucis limitem certissimum tranquillo pelago probari usque ad profunditatem duorum milium metrorum.

Post haec suis photographicis adiuentis undas ripasque Rubri maris quaequivit, deinde, quae Gallium Oceano alluant, atque ut profundus inspicret, vestigaret, ac scrutaretur, iis usus est rebus ac vestibus, quibus urinatores utuntur.

Vix credibilis est pulchritudo camporum, valium et collium, quae sub mari sunt. Sexcentae piscium, conchyliorum, animantium species nunquam antehac notae illuc habitant. Quae vita! quae forma! quae vegetatio! Quot mirabilia! Et qui mores degentium ibi, et errantium, et viventium! quae pugnae! qui amores! quae clades!

Haec omnia, photographica veritate, expressa sunt, et nemo inficias ibit. Pulcherrimae tamen oculis regiones in Mediterraneo Gallico habentur, ex haec notis, quae sunt ibericis proprietas finibus apud oppidum, cui nomen Banyuls-sur-mer.

*

Ioci.

Novum iudicij criterium!

Quidam terceta emit involuca nicotiana avanensis confecta foliis, duas in singula libras (*frances*) impendens. Rem postea apud Societatem, quae contra damna ignis est, tutam voluit, et pecuniam, prout constituta legesque ferunt, persolvit. Tum, rite quotidie faciens, testibus sibi adhibitis, involuca, admoto igne, suaviter adspicere fumum, mensibus fere tribus consumpsit.

Post haec societatem compellavit ad iudicem, quia rem, de qua cautum erat, ignis combusserat.

Iudex tulit sententiam, et: «Societas», inquit, «damnas esto in endo illo, quod cavit, uti rem absuntam in pristinum restituat, insuper, prout aestimata lis est, ducentarum pondo librarium».

At mora non fuit quin et Societas ipsa hominem crimine accusaret, et voluntarii incendi reum fecit.

Et iudex idem duxit hominem sceleris partitum reum, et carcere multavit, centum d'ebus integris; item autem tanti fisco aestimavit quanti et emptio involucrorum fuerat et civilis impenditatis.

Quum vero interrogaretur de hoc novo iudicio: «Quia», inquit, «cavendum est mihi et reipublicae ne lites multiplicentur».

P. d. V.

T. G. FRATRUM PARISI Candalarum ad Sacra Opificium praemiis insigne

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM



* ROMAE in ITALIA *



In Foro Campi Martii, 6



Singulis in artium recognitionibus publice habitis
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione
solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentum res in proximiorum a potentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuivis querenti explicatio erit uberior.



1888
S. LEONE XIII 1888

Praecipua Templa cereis instruit ubique ter
rarum. In Asiam, Africam et urbem Constantino
polim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera,
pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur
onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit
francs 200 pro 100 Chilogramm.



FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Praelectiones in textum Iuris Canonici DE IUDICIIS ECCLESIASTICIS in scholis Pont. Sem. Rom. habitae a MICHAELI LEGA Sac., SS. D. N. Leonis PP. XIII cubiculario ad honorem, in Curia Romana advocato, d. Secret. S. Cong. Conc. auditore. — De Iudiciis ecclesiasticis civilibus. — Lib. I: vol. I, in-8, pag. 712, Libell. 8; vol. II, pag. 564, Libell. 7. — Romae; apud Desclée, Lefebvre et Soc.

Ipsa operis inscriptio hanc iudiciorum tractationem non uno nomine magnopere commendat. Sane iudicia ecclesiastica hodie solemniter et cum necessaria libertate exerceri haud possunt; sed quotidiana experientia docet, ad haec saepius recursum esse; siquidem iura controversa non alia ratione efficaciter componere fas est. Quavis vero adhibeantur formae iudiciorum summariae, tamen haec servari rite non possunt nisi intimius cognoscatur natura et ratio singularium actuum iudicialium. Quare cl. Auctoris studium fuit, omnem explicare iudicij partem etiam sub aspectu philosophico. Praecepta vero quae hisce lectionibus continentur, non parum quoque commendantur utpote tradita in Seminario Pontificio Romano et ab eo dictata qui apud S. C. Concilii negotia contentiosia eademque graviora quotidie exercet. Unde copiose referuntur in tota tractatione decisiones Sacrarum Cong. Rom. et praeceps S. Cong. Concilii.

Haec profecto commendationis non parva momenta sunt.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur laudes latinae cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa Speculi perfectionis capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequuntur ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii Vox Urbis Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI EQUES
MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

VOX URBIS DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

MONITUM

Eorum omnium, qui in posterum inter commentarii socios
recenseri volent, subnotatio fieri potest a kalendis Iuliis.